

In hoc diagrammate vides ex sententia nostra primum annum editionis Julianæ bissextilæ ex auctoritate constitutum fuisse. Deinde quinto quoque ineunte anno intercalari jussisse, prima excepta dumtaxat in intercalatione, propter eas causas, quas attulimus. Neque Solini, vel Macrobii telimonia huic opinioni nostra refragantur, ut quidam existimat. Quod enim illi anno quoque anno finito diem unum ex decreto Cœsariorum intercalandum fuisse memorant, de ordinaria & legitima intercalatione debet accipi. Prima vero, propter quadrantis illius intercalationem, de qua Solinus loquitur, profus excipienda videtur. Quod autem ex Auguستea castigatione & hodierno bissextilum decidit nihil de Julianæ ordinatione certò posse colligi, ex iis apparet, quæ paulo ante disputavimus.

CAPUT IV.

De Jacobi Christmanni falsa ordinatione bissextilium annorum, ubi & usitata intercalationis vetustas asseritur.

SCRIPSERAM hac de annorum Julianorum castigationem in Epiphianianis Animadversoribus; tum hoc in loco, immo vero ad VIII. ferme librum operam perduxeramus, cum in Jacobi Christmanni librum incidijs quo post Alphraganum, & variiorum Kalendariorum explanationem, opus addidit de annorum inter se connexione, ubi annos Julianos, & qui ad candem formam descripti cum Julianis convenient, cum annis Olympiadis Nabonassareis, Urbis conditæ, ac denique Christiana cum æra comparat, adjectis etiam characteribus, & litteris Dominicinalibus. Est hic liber Chronologia studi, nempe xi, xv, ac ceteri impari numero. Quæ bissextilum annorum forma usque ad annum Christi 463, perferunt hoc enim anno dissolutum putat Augusti cylclum, & bissextum inde ad sequentem annum tractatum, qui est 464. Unde in sequentes ea descriptione constat, quam utrumque, ac pares omnes quaternarii bissextiles existunt. Hac ille, quæ nos, ut oculis ipsi subfigantur, in sequenti Diagrammate proponimus. In quo ad annos Julianos, Olympiadicos, Urbis conditæ, Nabonassareos, & horum characterem, five feriam, & Dominicales litteras apponemus.

LATERCULUM PRIMUM ORDINATIONIS

Bissextilium annorum, tam ex vera, communique sententia, quam ex falsa,
& nupera Christmanni methodo.

VERA DISPOSITIO BISSEXTILII annorum ex communi methodo										Falsa Christmanni ratio.			
Ann. Periodi Juliani.	Ann. Iphiti.	Ann. Utols.	Ann. Juliani.	Ann. Nabonassarii.	Littera Dom. communis.					Neomenia Thoth.	Character Neom. Thoth.	Littera Christmanni.	Thoth Christmanni.
4669	732	709	1	704	C B	111	Septembris	vii				B	3 Septembris
4670	733	710	2	705	A	111	Septembris	i				A	3 Septembris
4671	734	711	3	706	G	111	Septembris	ii				G	3 Septembris
4672	735	712	4	707	F	111	Septembris	iii				F E	2 Septembris
4673	736	713	5	708	E D	1 ^r	Septembris	iv				D	2 Septembris
4674	737	714	6	709	C	11	Septembris	v				C	2 Septembris
4675	738	715	7	710	B	11	Septembris	vi				B	2 Septembris
4676	739	716	8	711	A	11	Septembris	vii				A G	1 Septembris
4677	740	717	9	712	G F	1	Septembris	i				F	1 Septembris
4678	741	718	10	713	E	1	Septembris	ii				E	1 Septembris
4679	742	719	11	714	D	1	Septembris	iii				D	1 Septembris
4680	743	720	12	715	C	1	Septembris	iv				C B	31 Augusti
4681	744	721	13	716	B A	xxx1	Augusti	v				A	31 Augusti
4682	745	722	14	717	G	xxx1	Augusti	vi				G	31 Augusti
4683	746	723	15	718	F	xxx1	Augusti	vii				F	31 Augusti
4684	747	724	16	719	E	xxx1	Augusti	i				E D	30 Augusti
4685	748	725	17	720	D C	xxx	Augusti	ii				C	30 Augusti
4686	749	726	18	721	B	xxx	Augusti	iii				B	30 Augusti
4687	750	727	19	722	A	xxx	Augusti	iv				A	30 Augusti

LATERCULUM SECUNDUM FALSÆ CASTIGATIONIS
Bissextilum annorum à Christmanno confit.

VERA ET USITATA BISSEXTILUM annorum series.					
Anni ærae Christianæ	Anni Iphiti.	Anni Nabonafariorum.	Littera Dom.	Neomenia Thoth.	Feria Thoth.
cccc.	495	1198	A	3 Maii	IV
ccccli	496	1199	G	3 Maii	V
cccclii	497	1200	F E	2 Maii	VI
ccccliii	498	1201	D	2 Maii	VII
cccclii	499	1202	C	2 Maii	I
cccclv	500	1203	B	2 Maii	II
cccclii	501	1204	AG	1 Maii	III
ccccvii	502	1205	F	1 Maii	IV
ccccviii	503	1206	E	1 Maii	V
ccccix	504	1207	D	1 Maii	VI
cccclx	505	1208	CB	30 Aprilis	VII
ccccxi	506	1209	A	30 Aprilis	I
ccccxii	507	1210	G	30 Aprilis	II
ccccxiii	508	1211	F	30 Aprilis	III
ccccxvi	509	1212	ED	29 Aprilis	IV
cccclxv	510	1213	C	29 Aprilis	V
cccclxvi	511	1214	B	29 Aprilis	VI
cccclxvii	512	1215	A	29 Aprilis	VII
cccclxviii	513	1216	GF	28 Aprilis	I
cccclxix	514	1217	E	28 Aprilis	II
cccclxx	515	1218	D	28 Aprilis	III
cccclxii	516	1219	C	28 Aprilis	IV
cccclxiii	517	1220	BA	27 Aprilis	V

Habes in priore Tabula Julianorum annorum nexus cum reliquis, coramque characteres, primum quidem eos, quo in Julianæ Periodo fibi ex communi, & vera sententia vendicant; tum qui ex falsa Christmanni opinione convenire debuerunt: in posteriore vero, vulgatam bissextilum seriem, quo post Augusti castigationem ad nos usque propagata fuit, cum absurdâ Christmanni opinione comparavimus, qui anno Christi ccccxxii. emendatum rursus annum falſissime credit; ita videlicet, ut annus ille ex bissextili communis factus sit.

Hoc igitur in Diagrammate recè anni Juliani cum Olympiadis, reliquias comparatur, ut suo loco videamus: at characteres & litteræ Dominicales pergam digestæ. Annus primus Julianus copit anno Periodi Julianæ 469. Igitur anno primo Juliano tribuitur Cyclos Solis xxi. adeoque bissextilis est, litteris prædictis CB. Christmannus vero bissextilē statuit annum Confusionis; indeque Julianæ rv. cui litteras affingit FE, qui est cyclos Solis xiii. cum ex methodo communi Periodi Julianæ, simplex anni iste sit, ejusque littera F, proinde Thoth Nabonafari vitiōse à Christmanno copiis dicatur anno xv. Juliano Septembrii II. feria II. cum re ipsa inierit Septembrii III. feria II. Idem error & in reliquo annos bissextilis transfunditur, in quibus Thoth Nabonafari alieno loco ponitur. Sed in annis Christi longior est, & apertior Christmanni depravatio. Annū quippe Julianum xiv. in quem vulgarem Christi natalem recte conjicit, malè communem esse jussit; ac deinde xvi. hoc est æra tertium; mox septimum, undecimum, ceterosque postmodum impati numero, bissextilis. Quod

est *æquibasis d-mo*, & communi propemodum sensu; certe omnibus omnium Chronologorū & Computistarū calculis regnat. Quis unquam alter Christianam eram, ejusque cyclos ordinavit, quam ut primum annum communem, & a bissextili proximum numeraret, ab eoque quartum, octavum, ac deinceps pares omnes quaternarios bissextilis faceret? Nam in Julianæ quidem Periodo, & in Julianæ castigationis ordine, impares quique quaternarios bissextilis obtinunt: in æra Dionysiana, pares. Christmannus adferens omnium sententiam, contrarie artem ipsam, & methodum cyclorum, bissextilis virtuosè collocavit; ne quid asperius aut inclemens de homine dicam, qui mihi supra Calvinistarum captum, modestus illo in opere videtur, minimèque, uti secula mos est, arrogans & odioſus. Ergo in annis Christi, & Nabonafari præcipue error iste multis est. Verumquibus tandem argumentis convictus novam illam ordinacionem intulerit, ac posita anno Christi 463. in viam redierit, non inutile erit animadvertere, fit enim necio quo modo, ut ex contrariarum, licet aliquin absurdarum, sententiārū inquisitione illustretur magis veritas, ac sece ipsa corroboret.

Iraque novæ illius opinionis firmamentum aliud est nullum, prater Augusti castigationem, quam ab eo semel constitutam in sequentibus annis usque ad 463. æra Christianæ propagata existimat. Cum enim duodecim annos sine bisexto transfigi jussisset, horum primus ab anno Julianu xxxvii. deducitur; duodecimus est Julianus xvi. Atqui is est æra communis vii. Ita primus bissextilis Augusteus est Julianus lxxi. Atque hoc est æra communis vii. Ergo impares posse quaternarii bissextilis sunt, nisi aliter

cyclus

Falsa Christmanni series.	
Littera Christi.	Thoth Christ- manni.
A	3 Maii
G F	2 Maii
E	2 Maii
D	2 Maii
C	2 Maii
B A	1 Maii
G	1 Maii
F	1 Maii
E	1 Maii
D C	30 Aprilis
B	30 Aprilis
A	30 Aprilis
G	30 Aprilis
F	30 Aprilis
E D	29 Aprilis
C	29 Aprilis
B	29 Aprilis
A	29 Aprilis
G F	28 Aprilis
E	28 Aprilis
D	28 Aprilis
C	28 Aprilis
B A	27 Aprilis

cycles retexatur: quod sub annum Christi 463. contigisse credit. Ab hac porro Augusti recensione in anteriores annos bissextilum series redundant. Si enim lxxi. Julianus, & ixi. bissextilis sunt, annus retro quartus bissextilis erit; nec non qui proximè Julianam editionem antecedit; ac demum annus ante eandem editionem septingentesimus vigesimus nonus. Igitur septingentesimus tricesimus primus communis erit, qui est primus Iphiti, copit anno periodi Julianæ 3938. Quod autem circa annum æra Christianæ 463. Augusti cyclo solutus sit, & bissextilis annus in 464. translatus, ita demonstrat. Paulus Forosempionensis libro v. auctor est. Pafcha anno illo ab Alexandrinis indicunt fuisse xxi. Aprilis, littera F. Habet ergo litteram F, non E, qua est alioqui prædictus, si, ut ordo postulabat, bissextilis maneret. Ad hanc quoniam anno Christi 463. docebat Scriptor Pafcha celebratum Martii xxviii, littera dominicalis, ex Pauli Forosempionensis autoritate, fuit C: anno vero 463. F. Quid enim prohibet aliquot annis antea, invero facilius, immutatum esse cyclo? Hoc vero longe ante contingit convincam in argumentis, quæ Christmann silentium indicant. Primum si tanta Forosempionensis apud illum auctoritas est, cur non animadvertis, alii ex annis, quibus eodem in libro Paschales exortas controversias refert, colligi ante 463. annum, Dominicatum litterarum alium, quam definierat, ordinem extitisse? Scribit ille anno 455. Pafcha ab Alexander notatum viii. Kalend. Maias, à Leonis vero ac Prospero xv. Kalend. nempe littera B, que cyclo Solis xlii. erit xlxi. primus autem castigatus bissextilis lxxi. Neque vero ex Suetonii, & Centorini locis illis, quos initio cap. superioris adduximus, quibuscum plenum fit anno xxxviii. Juliano Augustum fastos recensuimus, certò liquet, quis primus *æquibasis d-mo* fuerit; ut immerito Christmannus ex eo consenserit putari de anno xxxviii, ac primum bissextilē castigatum posuerit lxxi. Oportet ad communem & receptum bissextilum ordinem novo illo decreto labefactandum validum aliquid, ac solidius referre, non eo nisi, quod vel fallimur fit, vel ubi negatum sit, procedi ultra non possit. Praterea quamvis hoc ultrò concedatur, ex Augusti recensione annum Julianum lxxi. æra Christianæ vii, indeque xi, xv, &c. bissextilus est fortios, idque aliquot annis, invero facilius quatuor tenuisse, quod posse falsissimum esse demonstrabitur: nihilominus eo posito, non licet superiores omnes, qui Julianam editionem antecesserunt, alter ordinare, quam respectu ad hodiernum usum habito. Etenim cum Julianus annus, & ejusmodi mensis descripicio ad priora tempora porrigit, id prolepsi quadam Chronologica fit, cuius ille finis est, ut Lectores in eo Kalendario, ifque mensibus, ac diebus, quibus afluens sunt, res gerias, aut coelestia *æquibasis d-mo* recognoscant. Ut cum mundum à Deo creatum esse dicunt Octobris xxv, vel Aprilis xxi, quibus rebus aquinoctia tribunt: item Trojam *æquibasis d-mo* Junio, vel Julio contigunt; Olympiadis agones Julio mensis committuntur, & id genus cetera: hoc ea gratia faciunt, ut in populari anno sciamus quibus temporibus accidere ista potuerint, si jam tum obseruat illa foret. Sic & bissextilis hos, vel illos Iphiti annos Christmannus cum statuit: cum Nabonafari Thoth ab hac illave feria cepisse vult, hac, vel illa Dominicali littera: tum hoc illo mente methodo causata ea prædictis illis temporibus affingit, quæ nondum ex cogitata fuerant. Quare quod tandem consilium hominis fuerit, non video; methodo totius, & proleptica disputationis cardinem in ea forma constitutre, quæ diu ante Dionysium, ac totum illum cyclorum apparatum, quo nunc utimur, obsolevit: non autem ab hac ipsa potius repete, quæ tot jam recepta facilius, reliquias omnes excluderit. Quippe cyclos Solis, ac Lunas, quibus vel Olympias prima cooperit, vel eclipses, diebus tributus, nihil ad frenandam novi commenti licetiam validius excogitari potest, quam est antiqua illa Canon: ex quo multiplex fructus existit, arque illa præteritis, cuius gratia longius ad monstrum opinionis inaudita jugulandum excurrimus. Apparet enim nimis jam tum olim eudem bissextilum, ac feriarum ordinem apud Romanos, & Christianos fuisse, qui hodièque perseverat: neque cyclo Solis, ex quo correcsus est ab Augusto, labet illa vitium esse; quod ad Chronogrammam fulciam non mediocri adjumento fuerit. Nec minus ex eodem lapide colligunt epocha Alexandri Mammei F., que non anno cxxxiv, ut Annales perhibent, sed xxii. communis æra congruit.

Paris I.

Y 2

Sed

DE DOCTRINA TEMPORUM,

172
Sed de Christmanni somnio haec tenus in quo refutando
rebus obscuris conjecturas & divinationes suas adhibet,
tum vero castigandus venit, & in feedissimos, atque in-
tolerandos errores seu praecepitem conjicit. Id adeo hoc
in capite licet animadverte, in quo plurima superioribus,
& a nobis sapienti jugulatis, ac plenis falsitatis dog-
maribus conscientiam protulit, que nos strictum enumera-
rabimus. Jam enim profugata sunt, atque convicia.

CAPUT V.

De anno Egyptiorum Attico.

IN hujus anni tractatione communem, & receptam doctrinam exponit Scaliger, nec eam inventis suis, ut foler, inficit. Quare nihil in ea refutandum occurrit. Sed hanc ipsa tamen Attici anni declaratio ratio.

Anno altero, quo ad Aegyptum promontorium vietus est Antonius, Augustus in Aegyptum profectus bellum reliquias confecit, mortuis Antonio atque Cleopatra. Cuius ad victoria propagandam memoriam institutum esse Dio refert lib. II. *τότε την ιουτικήν, επειδὴ οὐταντούσιον, αρχείον την Αλεξανδρείαν, καὶ οὐταντούσιον, αρχείον την Αλεξανδρείαν.* Ut & dies, quo Alexandria captata est, festis habetur, ab eoque numerandorum deinceps annorum initium sumerunt. Quare Augustorum anni ab anno tempore proficuntur, hoc est ab anno Julianu xv. Urbis conditae DCCXXXIV. Cof. Augusto Caesar IV. & Craeso. Inibat tum annus Nabonassari DCCXIX. Thoth in anno emendato conveniebat Augusti XXXI. Periodi Julianae 468. Sed propter vitium anni Romani vicefimus nonus Augusti in XXXI. diem prolapsum erat. Jam enim quinque bissextilles dies intercalati fuerant, cum tres soliū exigentur. Itaque biduo luxatus erat annus. Utrumnam vero postea vitiolas intercalationes, perinde ut Romani, Aegyptii adsciverint, nullus anchor explicat. Et quidem validē mirum est Aegyptios, qui certam anni Juliani rationem apprimebant, eamque Romanis tradiderant, in eam labem incidisse, atque intercalatione peccasse. Verumtamen dicendum videtur, quod adeo sibi perfusi, Calippium in honorem Alexandri Periodum suum instituisse, quod alibi refutavimus: ut & duplē illam Periodi, annique formam, equabilē, ac lunarem, qua sunt ex officina Scaligeri. De inicio, five epocha Periodi Calippicæ, quam in autumno locat, perinde nos aliter existimamus, qui ab aetate solstitiali copiale libro secundo probavimus. Atque idem de Syromacedoniam annis, qui ab era Alexandria proficuntur, judicium est; sicut postea corum initium in autunnalem translatum sit. Etenim cum primum epocha illa Selencidarum, & Alexandria condita est, anni lunares erant, ut & Graecorum ferē omnium, & Iudeorum. Deinde vero solares, ac Juliani facti sunt. Hinc apud Alphonsum, & Astronomos ceteros, ac Chronologos, cum ab epocha illa numerantur anni, pro solaribus, & Julianis habentur. Quare duplex in illis annis est facta mutatio: altera in Julianis ex lunibaris: altera epocha, five capit, quod a solstitiali in autumnū transit. Utriusque tempus incertum. Quod enim hoc in capite docetur, anno primo Juliani prius illud accidisse, ut anni ex lunibaris Calippicis, item ex Periodis Macedonicis, facti sint Juliani, retrahit est ab ipso metivitiationis eius auctore: qui mutata sententia triennio ante Julianam editionem Antiochenum etiam ortum habuisse postmodum statuit in Canonibus Iagocis: nimis in anno Periodi Julianae 4666. ante Dionysianum etiam anni XLVI. Eusebius vero locus, ex qua falsa hic opinione argumentum fumitur, perpera acceptus est a Scaligero: ut nos in Animadversionibus apud Epiphanius ostendimus, & in lib. II. Tom. II. repetimus.

Quando vero caput anni translatum sit in autumnū a solstitiali, nihil magis est compertum. Suspicimur id Iudeos profertur instituisse, ab iisque Christianos acceptisse. Etenim Iudei annus civilis, adeoque lunaris ab autumno ducebatur. Unde & Apostoli, illorumque Discipuli, nasciente Ecclesia, formam illam anni, epoche numerant, ac posteris suis tradiderunt. Paulus quidem Foros episcopis lib. II. scribit Latinos, prouquam Alexandrinum cyclum admirant, Iudeicum cyclum usurpasse, amittentes summū à Septemb. XXIV. die consipit; quorum ibidem Kalendarum descripsit, ut & nos lib. VII. Proinde cum primis illis temporibus Christiani ex Iudeis conversi etiam Alexandria ad civilem Iudeorum epocham accommodata, qua autunnalis erat, adciviliens, eadem epocha deinceps apud illos obtinuit, etiam in annis Julianis, quibus ad etiam Alexandrinam applicatis, vetera concilia, ac Patres tempora denumerantur. Hac ut verisimilis sunt, ita qui contra probare mihi poterit, molesto me ad assensem, ac difficili non utetur.

CAPUT VI.

De anno Syrogregoriorum, & Antiochenorum Juliano, refutatur Scaligeriana commentaria.

QUOTIES a vulgari doctrina, veterumque Scriptorum confessione firmata recedit Scaliger, aut in

LIBER QUARTUS CAP. VII. VIII.

173
Postremo quod Joseph in fine capituli istius putat Scaliger in postremis libris *Διάστασις Macedonicis* apellationibus mensum uti Romanorum; hoc vero non est perpetuum, facile demonstrari potest, & in Animadversionibus nostris fecus id se habere planum fecimus. Atque idipsum alio in loco tractabitur.

De mensu in Macedonicis anno situ ad dispositio-
ne pleraque scita digna reperies in Animadversionibus
Epiphanius, & libro primo hujus operis, capite de
Macedonicis Mensibus.

DE ANNO JULIANO ATHENIENSIMUM.

CAPUT VII.

*Scaligeri, & Cabusii errata castigantur. Luciani locus ex-
penditur, ubi de Peregrini obitu.*

ATHENIENSES, qui haecen aquabili anno dic-
trinam usi fuerant, ac citimam Neomeniam Hecatombæonis IX. Julii constituerant, Scaliger censet Julianum annum admisisse; ac tunc Hecatombæonis Neomeniam summe fuisse in Kalendis Julii. Quod ipsum ex Luciani verbis, atque ejusmodi ratiocinatione colligitur, inquit, diversè probatur ex Luciano in vita Peregrini.

Nam statim ad Olympiaci ludicra adhuc frequenti Panegyri,

circa medium noctem Peregrinus sedi in extructum rugam

concepit, luna commodum exorsione. Peregrini mors Esse

hunc certe Olympiade CXXXVI, cyclo Luna XIV. Ita-

que XVI. Julii fini dubio erat luna vicepsima aut vicepsima

prima; & propterea oriebatur circa medium noctem. At-

qui ex libro primo hujus operis notum est Olympiaca certa-

*mētē celebrari solitum XV. mensis primi. Itaque cum eo sa-
cra Hecatombæon idem esset, qui Julius, quinta decima Ju-*

lii celebratus est agor., & tertio die a certamine finito luna

era vicepsima. In iis verbis, & argumentatione ipsa in-

*genii ac judicii *σαλαμῆς δι τέττας*.* Hoc illi demontran-

dum fuerat, Hecatombæon Atticum Kajend. Julii fixum suffit.

Probat hoc Luciani testimonio; quod de

Hecatombæone, Atticō anno, vel mense, nullam

plane mentionem facit, sed de Elidenis. Nam in Eli-

de, ubi Olympia celebrabantur, gesta sunt, quae à Lu-

ciano referuntur. Perinde itaque procedit argumentum,

ut si quis probare velit Iudeos annum aquabilem, &

Aegyptiacum observale, idque ex eo colligat, quod

eam anni formam tenerunt Aegyptii. Ut enim ridicule

qui hoc dixerit, & absurdè ratiocinetur: ita peripe-

te facit Scaliger, dum et Attico anno quod libitum est

concludat, ad Elidenium transcurrit annum, qui a pro-

posito alienus est.

*V*erum si haec tolerabilis hallucinatio, dummodo

Luciani locus ad rem utcumque pertinet, fed non per-

nit. Neque enim scribit ille, quod, ut argumentum valeret, concipiendum erat, circa medianam noctem exortam esse lunam; sed amicū illum, ad quem diverserat, ut spectaculo interesset, circa medianam noctem eo profectum: *εἰς πέμπτην νύκταν, ἀργυρῷ τῇ τοῦ Καπ-*

τηνίδην ἡ τέττας, οὐδὲ μέσην τηνίδην τοῦ Οὐρα-

νίδην τοῦ παρθενοῦ. Circa medium noctem exortus Ar-

panum recte proficerit, ubi erat rugos. Suidas hic locus

dictat ab Olympia virginis, ἐπειδὴ ad Hippodromum. Mox

Kai τηνίδην ἡ τέττας, οὐδὲ μέσην τηνίδην τοῦ Οὐρ-

νίδην τοῦ παρθενοῦ. Et postquam exorta

est Luna (poterit enim ipsam etiam praetulari istius facili-

tem appellat) est preda Peregrini. Circa medium no-

ctem, five ante, five post (neutrū enim exprimit)

potest est cum amico Lucianus. Dum in itinere est;

duum Protens, five Peregrini molitor, dum expecta-

tum, multum temporis ad Lunæ ortum intercessit. Qua-

re duabus vel tribus horis à media nocte apparitus illa

Luna contingere potuit: qua res acumen ratiocinationis

infringit: quemadmodum & illud, quod additur; ter-

tio, vel secundo a certamine finito die, lunam vice-

psim fuisse Julii XVI.; quasi tertio, secundum potius,

quam quarto, vel quinto evenire hac oportuerit. Lu-

cianus aut finita jam Olympia celebitate, Peregrinum

* Credidimus haec ordinantur. Hecatombæon initit Octob. II. apud Athenienses. Mæmacterion Januarii 1. & respondet Tybi, five mensi quinto Alexandrino. Harpocratio fuit Alexandrinus. Ideo

dixit esse τεττάς μέση. Ita plerique dum mensis Julianos Atticos nominibus indigant, recipiunt ad nostrorum ordinem. Diem

Petrini.

DE DOCTRINA TEMPORUM,

174 pres, qui in istis appellacionibus fluctuat. Quocircum amplexum est ex Epiphanius potissimum auctoritate, postquam Julianum annum Atheniensis adiecerunt, tragecum Hecatombaenam in Octobrem, ibidemque principi caput anni defixum. Quod si Mamaesterion quintus ordine mensis aliquando fuit; tum Scirrophorion principes esse coperit. Cujus initium, quendam principatus penes Hecatombaenam in Octobri fuit, idem fuisse suspicio est, quod Alexandrini Thoth fixi in Augusti xxix. Nam si, ut Epiphanius indicat, Metagittion Novembr. II. die copit, Hecatombaenam Octobris **11.** init, Epagomena Sept. **xxviii.** Scirrophorion Augusti **xxix.** Postea annum à Septembri ordini placuit, & Epagomenis in Augosti **xxix.** tractet, Neomenia Scirrophorionis **III.** Sept. hæsit, atque ordinem duxit Hæc quondam singulatum infinita sint, ac quibus de causis immutata, necimus. Nam nec utrum ad illum modum tractata sint scimus; atque hæc omnia conjectando, ac divinando potius, quam affirmando proponimus.

CAPUT IX.

De anno Samaritanorum Juliani. Elenchus Scaligeri.

Scaliger. **123.** **S**AMARITANORUM computum, quem ab iis se accepisse prodidit, in libro **vii.** descripsit. In eo nihil se proptermodum dispicere fatetur, neque ratiocinia, sive *diaphoriae* lunares, qui ibidem concepti sunt intelligere. ac postremo divinationes suas interponit, quarum nonnullas in secundo libro, ubi & computus iste tractatur, refellimus. Illud inter cetera possumus; non videli menses Judaicos, quos Samaritani intexuerunt, esse Solares; eo quod **xiiii.** isti menses numerantur, & Adar alter extra ordinem ponitur, quod lunari anno solo congruit, non Juliano. Ad hæc Julianos menses haud scio an Samaritani illi in eo computo, quem misse ducuntur, adhibuerint. Certè in eo, quem in libro **vii.** descripsit, non comparent; ut hæc appendix Scaligeriana conjectura videi possit. Cetera ex libro secundo reperire. Hoc verò capite cogitandum, quoniam argumentum politicum Samaritanorum annum dicat esse Julianum; arcuam verò lunarem. Nihil enim adfert, quod ei divinationi suffragetur. Contrarium autem ex Iudeorum exemplo colligi potest; quorum popularis, id est ipsorum domesticus annus, est lunaris; cum interim Solarem, ac Julianum annum eorum, apud quos degunt, populorum nihilominus adjungant. Ita Samaritanos versimilius est lunari anno velut proprio uti, cum insuper Julianum ad illum accommodent. Sed de ea certi nihil expiscari licet; quemadmodum neque Scaliger explorati quidquam habere potuit, & ignorationem suam ingenuè fassus est, quod in ceteris facere debuit, quia cum longè, quam Samaritana ista, incertiora sint, ab illo tamen magna cum fiducia velut indubitate ponuntur.

CAPUT X.

De anno Solari. Arabum Damascenorum, & Hagarorum.

Scaliger. **126.** **A**RABES Simplicii, & Epiphanius temporibus factur hoc in libro Scaliger Julianum annum obseruavit, cum tricenarii menses haberent. Quod quidem ad Epiphanius adnotavimus in Animadversionibus. Nam in Alogorum hæsi N. **xxiv.** Neomeniam Angalhabith in Octobris **xxviii.** incidisse, docet Epiphanius; Neomeniam verò Aleon Decembrii **xvii.** interillum dierum **ix.** Ii sunt menses duo tricenarii. Quare probabile est. Arabum civiles menses æquabiles fuisse per illa tempora. Quod si à verò tempore, uti Simplicius affirmat, id est ab æquinoctio, annum inchoarent Arabes & Egyptii, caput anni fuit Epiphanius saeculo in **xxii.** Martii; à quo die ad **xvi.** Octob. dies sunt **cxx.** qui sunt menses **vii.** tricenarii. Quare Angalhabith mensis est octavus, Aleon decimus. Simplicii verba sunt in Comment. ad librum v. *Phi. ap. ap.* οὐ διεῖ ποιεῖται κέρχεται εἰσαγόμενος μηδὲ τὸν θεατὴν γράπεται οὐδὲ μετεπεγκαίνεται οὐδὲ τὸν τυπὸν καλεῖται.

Elenchus Scaligeriane doctrina.

QUAM multa, quámque absurdula de Judeorum anno Scaliger ediderit, satis liquet ex iis, quæ adverbius fecundum libri doctrinam de anno illo disputavimus. Hoc in capite non leviora sunt argumenta temerarie divinationis. Ante Exodum imprimis bissexturn intercalatum esse ante Tisif statuit. Itaque diu ante Juli

LIBER QUARTUS. CAP. XII. XIII.

Scaliger. Julianum bissexturn amplexi sunt. Et tamen libri vi. cap. de primo Muhammam; *Edicta Caii Cesarii de anni reformatione emiso*, omnes ferè orientales nationes formam anni amplexas esse dicit. Verum fac Julianos solos excipi: certè fieri id ratione nulla potest; ut Julianam formam, & bissexturn ante Exodum observantur, si vera sunt quæ libro III. cap. de anno Abramico leguntur: Nempe annum Hebreorum per illa tempora Egyptiaci, vel Chaldaici similiter fuisse, in quo Neomenia post annos **iv.** uno die retrocederet, donec post **cxx.** annos, triginta collectis antecedentibus diebus, per unius mensis intercalationem in pristinam epocham restituatur: quo in anni genere bissexturn nulla est. Itaque in hoc capite libri quarti quid in tertio scriptis est oblitus est Scaliger. Ambo enim invicem adferuntur. Neutrū tamē cum rei veritate congruit. Nam alterum illud suo loco refutatum est, de anno Hebreorum Egyptiaci, vel Chaldaici. Alterum, quo bissexturn à Iudeis veteribus usurpatum fingit, neque cum priore consilere potest; neque probatio aliqua fuardetur. quemadmodum & quod sequitur gratis affirmat; post vernam epocham receptam, bissexturn ab Autumno in veris tempus esse translatum.

II. Nam quod Iudei Calippicum formam admiserint unquam, vel Seleucidarum tempore, uti & Seleucidæ, ac Macedones ipsi, quantumvis id fibi, ac Chronologis plerique perlausserit; hoc verò frivolum esse in libro secundo, quantum fatis erat ostendimus. Quia ex diffutatione peræquæ diligens lector istud auferet, Epochas illas Nisan, ac Tisif, nec non Tekupharum cardines in Aprilis II., & Octobris **vii.** constituti fine iudicio illo, conjecturâque perlevi, quam firmissimis rationum pondibris obtinimus.

III. In eodem capite commentum illud discussimus de causa subtrahendorum **xii.** dierum cum horis **20.** **204.** ad Autummalem Tekupharum adipsendam; septem vero dierum cum horis **9.** **642.** ad vernam obtinemdam. Falsum enim & Iudeorum placitis contraria amplexi sunt ipsi, quam & hoc capite sumptus; videbunt quod præcisæ bissexturn fedes, ac Tekupha sub Aprilis II. diem olim defixa fuerat; inde postea ad **xxv.** Martii traducta, idcirco præfina ex epocha **vii.** dies eximi. Sed alterum Hebreos ipsos sentire, aliamque detractionis huius adferre causam, ex eorum scriptis indicavimus. Vide quæ capite illo de Samuëli Tekupha diximus, ne bis eadem repetamus.

Ad extremum unicam Mosis tempore fuisse Tekupharum, quod hoc loco sensu video Scaligerum, contrarium est ei, quod in *Isag. Can.* pag. **257.** declarat his verbis. *Idem faciunt & Iudei in suis Tekuphis, quibus hodie nihil est vestitus in ea gente. Ante legem enim illis earum natus erat. Adeo in omnibus Orientis gentibus, etiam Egyptiis ipsi, confessus ite obtinuit annum à quadrangulis, non ab eadem hora auspicandi.* Quatuor igitur Tekuphas, five cardines, quibus anni quadrantes inter se committuntur, etiam Mose ipso vestitus sunt. Non igitur unica solum Mosis Tekupha Moysi aetate fuit; quod posterius est certissimum. Non enim hebetes adeo fuerunt Patriarchæ veteres, ut quatuor anni tempestatum, earumque varietatis, & ab una in alteram transiit sensum nullum caperent. Est autem nihil aliud Tekupha, quam quadrans anni, five punctum, quo quadrantes duo copulantur. Quare cum ab orbe condito perpetua tempestatum, & quadrantum vicistudo fuerit, qui eorum notitia caruisse præcos existimet, ratione ipse, sensuque communis caret necesse est. Nam quod in lib. *Genesios.*, & *Exodi*, alisque Mosaicis, & libris Regum unius tantum cardinis, nempe exiit anni mentio fit; non ideo sequitur unus dumtaxat observatum esse cardinem: nec est in argumentatione ista, quam alibi Scaliger inculcat, vestigium ullum rationis ac jucundi.

His summariam methodus Scaligeriane comprehenditur. Cetera ex eorum refutatione planiora reddentur.

Parapégmatis Attici constructio refellitur.

CAPUT XII.
De anno Calestii, & Parapégmati Attico: ac primam quid sit annus Calestii.

COELESTEM annum appellamus eum, qui ad medium Solis motum, non modo secundum se totum, sed etiam secundum partes adaequatus est. Nam Julianus

